

Sibthorp, John ; Smith, James Edward [Editor]: Flora Graeca, sive plantarum rariorū historia, quas in provinciis aut insulis Graecis legit, investigavit et depingi curavit John Sibthorp: hic illic etiam insertae sunt pauculae species quas vir idem clarissimus, Graeciam versus navigans, in itinere, praesertim apud Italiam et Siciliam, invenit (Voluminis septimi - Fasciculus secundus): Vol. VII.

London, 1830

Seite 57

DIADELPHIA HEXANDRIA.

63

Species rarissima, sectioni primæ DeCandollii certissimè referenda, et reverà à *C. oppositi-foliā* ejusdem auctoris parùm diversa nisi foliis simpliciter binternatis.

Cùm nemo hodiè dubitat de differentiâ genericâ *Fumariam* inter et *Corydalim*, nomen Prodromi mutare ausus sum.

- | | | |
|---------------------------|-----------------------------|---|
| a. Petalum supremum. | b. Petalum inferius. | c. Pedicellus, cum sepalis et petalis interioribus. |
| C. Eadem, aucta. | d. Petalum unicum interius. | e. Stamina. |
| F. Adelphia unica, aucta. | | G. Pistillum, austum. |

F U M A R I A.

Linn. Gen. Pl. 362. Juss. Gen. Pl. 237, exclusis speciebus plurimis.
DeCand. Syst. v. 2. 130.

Calyx minimus 2-phyllus. *Petala* 4; supremum basi gibbosum v. calcaratum. *Fructus* indehiscent monospermus; *stylo* deciduo.

TABULA 668.

FUMARIA PARVIFLORA.

FUMARIA caule erecto subramoso, fructu sphærico subapiculato, sepalis maximis petaloideis denticulatis, racemo juniore oblongo denso obtuso, foliis supradecompositis: laciniis linearibus acutis canaliculatis.

F. parviflora *Prodromi*, nec aliorum.

F. densiflora. DeCand. Syst. v. 2. 137. Prodr. v. 1. 130.

Καπνός *Dioscoridis*.

Καπνὸς, οὐ καπνόχορτος, hodiè.

Στάκτη *Eliensium*.

In cultis Graeciae et insularum vicinarum ubique vulgatissima. ☺

Radix annua, pallida, perpendicularis, subramosa. *Caulis* erectus, ramosus, angulatus, laevis. *Folia* supradecomposita, patentia, latè viridia, nullo modo capreolata, laciniis linearibus acutis canaliculatis. *Racemi* terminales, primùm densi, ovales, obtusi, demùm elongati, folia superantes. *Pedicelli* bracteis æquales, erecti. *Flores* rosei, apicibus atropurpureis. *Sepala* magna, oblonga, obtusa, denticulata, citò decidua. *Petalum* superius basi gibbosum, apice emarginatum, costâ dorsi viridi. *Fructus* sphæricus, apiculatus.

VOL. VII.

s



TECHNISCHE
UNIVERSITÄT
DARMSTADT

<http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/gr-Fol-3-340-07-2/0057>
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt